Quelle: http://manuscripta.at/?ID=83
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et in egressione cum vadit dormitum Rx de quo electo Rx spica nardi gariofili folium
gariofili galange cardamomi piperis longi storacis calamite alipte confice equali pondere bisto-
rte ad pondus omnium confice cum melle rosarum addito musti omnium cum sero fiat suppo-
sitorium ex tersera magna fiat cum pulvere oliba et oleo musti quod teneat usque ad medietatem
noctis quo ex tracto supponit modicum suppositorium fiat ex nuce musti gariofili
ligno aloes storacis aut musto simul confectis cum storace sine aliquo liquore Hoc 1x
diebus facto statim post mundificationem menstruorum fiat stantificatio post tibias et in sero
fiat fomentum ex aqua pluviali decoctionis bertorte pulegii Consequenter fiat suppo-
sitorium ex ambra musto et aliis speciebus supradictis Hoc 3bus diebus facto quarto die
fomentum predictum sero ex pulegio et bertorta et tunc viri primo accedat ad eam
et utatur ea et non antea Si fiat vitium ex qualitate spermatis viri Si sperma est
calidum dentur electuaria frigida et sirupus frigidus et epithima frigida ad lumbos et ad renes et
ad pudenda fiat Si est sperma frigidum vel minus humidum utatur calidis electuariis et inspis-
santibus et confortantibus ut dyamargariton dyantos et similibus et fiat calide uncti-
ones et calida fomenta vitium autem quod sit virge peccato incurabile est Quando
mulier non vult concipere quia forsitan timet mori vel propter aliquid aliud os de corde cervi
portet et non concipiet dyabolus Portet secum ad carnem matricis caput quod non dum
fetavit et non concipiet vel lapis qui in ea invenitur trotula Si mulier transit super
sanguinem menstrualem alterius mulieris vel si inunxerit ex eo ultra non conciperet dyabolus
Item dixit mihi mulier experta quod gravata ex frequenti puerperio comedit unam apem
et ultra non concepit Item portet secum mulier aut de auricula mule sed de cario
numquam conciperet Testiculi muscule vivi castrati a muliere in anserea pelle involuti
vel in alia aufert conceptionem lapidem gagatem portet mulier et non concipiet Item mirum
a virtute suspectum quando mulier non vult ultra parere potest in sedina tot grana cacapucie
vel ordei quot annis vult esse sterilis Item si mulier bibit de sumitibus edere nigre ge-
nere non sinit dyabolus folia populi bibita per modum non sinunt concipere Sucus
mente in vulva positus in coitu conceptum impedit avicenna Aplicatur igni mulier convulsa
lunacie et non concipiet galienus Radix pimpinelle alligata conceptum impedire
creditur dyabolus Os de corde cervi suspensum brachio non sinit concipere sixtus Ossulum
quod invenitur in vulva asine si secum tulerit mulier numquam concipiet sixtus Si bibat
vel portet mulier auricula vel testiculos bardonis non conciperet Similiter cum mule portatur
sixtus coagulum leporis per partum dentur potui et non sinit ultra concipere avicenna
Crugo ferri bibita non sinit mulierem concipere Sanguis menstruus supponitur prohi-
bet conceptionem Stercus elevatur si portet mulier non concipiet constantinus Canis habet duos
testiculos quorum actiones et proprietates sunt contrarie unus eorum est frigidus sicut alius infirmus unus est
durus et quasi siccus alius mollis et humidus confortat et augmentat Si vir accipiat siccum
et aliorum generabit masculum fortem nisi mulier sumat bene concipit femellam avicenna
Si constringentibus vulvam et faciendum concipere Si vulva sit nimis aperta ut collum matricis vacillet propter quod conceptio impeditur si